

*125. Instrumentum venditionis di
Comuzio de Lacupensoli in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*125. Instrumentum venditionis di
Comuzio de Lacupensoli in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1431-11-29

(c. 58r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tricesimo primo, regnante serenissima domina domina nostra Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno decimo ottavo feliciter amen, die vigesimo nono mensis (novem)bris, decime indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos notarius Matteus de Sacro, civis civitatis Potentie, eiusdem civitatis annalis iudex, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinatus <sic> et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico instrumento fatemur atque testamur quod in nostri presentia constitutus Comutius de Lacupensoli, civis civitatis Potentie, non vi, dolo, metu ductus nec aliquibus suasionibus circumventus, ut dixit, sed sua mera, gratuita voluntate et spontanea, sicut sibi utile et congruum visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit, iure proprio et imperpetuum, donno Angelo de Todaro de Potentia, procuratori procuratorio nomine et pro parte capituli maioris ecclesie Potentine et eiusdem ecclesie preposito, ut dixit, ibidem presenti nomine et pro parte clericorum et capituli eiusdem ecclesie ementi et recipienti, partes terre cuiusdam territorii, site et posite <sic> in tenimento civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur li Fontanili et in contrata ubi dicitur la Machia quondam domini Robertelli // (c. 58v) de Petrafissa, tam cultas quam incultas ac cum transitu et aquarum decursibus ac fontibus intus dittas

terras sistentinbus et transeuntibus; quarum partium
 dittarum terrarum duas partes asseruit tenere et possidere
 ex quadam donatione sibi fatta per venerabilem virum
 donnum Antonium de Lacupensuli, archidiaconum
 Potentinum, et nobilem virum Franciscum de Astis de
 Potentia avunculum suum, confr(atr)em, insimul et pro
 indiviso cum Colutio de Aputio, Ioanne et Francesca de
 Lacupensuli, filiabus quondam Nicolai de Lacupensuli;
 quarum trium partium dictarum terrarum hii <sunt>
 fines, videlicet: partium unius cuiusdam terre que fuit
 quondam Gerardi de Balba, in contrata ubi dicitur le
 Conste <sic> de Santo Girardo, capacitatis in semine
 tumulorum viginti; a tribus partibus tenet luminaria Santi
 Gerardi; ab alio latere tenet dicta luminaria insimul
 cum Gallo Buccero, iuxta terras que fuerunt quondam
 Nicolai de Lusso, mediante limite et alios fines. Item
 terras alias que fuerunt dicti quondam Gerardi, in
 contrata ubi dicitur la Valle de la Cupa, suis loco et
 finibus designatas: ab uno latere tenent ecclesia Santi
 Francisci, Nicolacius de Aretio et Mathias Cappellus
 mediante la Serra de la Cupa et lo Vallone de la
 Fico ab inferiori parte; iuxta terras luminarie et Santi
 Gerardi Santi Gerardi que fuerunt quondam Cicinelli de
 Lacupensuli mediante vallone, terras quas tenet dicta
 ecclesia iuxta terras que fuerunt donni Nicolai notarii
 Andre#, ubi dicitur li Pallarili, mediante vallone; //
 (c. 59r) ab ipso latere tenet filia quondam Leonardi
 de Ayquino mediante lo valloncello et etiam ab ipso
 latere iuxta terras heredum quondam Ioannelli de Mactio,
 mediante limite et cursu aque mediante, a superiori parte
 iuxta terras que fuerunt quondam Ciccarelli mediante
 limite, ab [altero] latere tenet ecclesia Santi Francisci
 et socii <sic>, mediante limite et alios fines. Item

petium unum aliud terrarum ubi dicitur lo Prato grande, capacitatis in semine frumenti tumulorum viginti, confinatum a quatuor partibus iuxta terras luminarie mediante lo vallone et limite terrarum que fuerunt quondam Ciccarelli et donni Nicolai notarii Andre#, suis loco et finibus designatum. Et dictus Comuttius venditor prefatum donnum Angelum procuratorem, procuratorio nomine et pro parte dicte ecclesie emptorem, in corporalem possessionem dittarum trium partium terrarum coram nobis per fustem induxit et verum dominium et proprietatem ipsius emptoris, nomine et pro parte ecclesie memorate ad habendum, tenendum, possidendum et vendendum, transigendum et permutandum nec non et quocumque modo inde voluerint dicta ecclesia et presbiteri, cum viis suis in dictis terris intrando et exeundo atque cum omnibus aliis iuribus, attionibus, proprietatibus et pertinentiis suis silicet ipsis spettantibus ab antiquo quoquomodo. Pro qua venditione dittarum terrarum dittus venditor coram nobis manualiter recepit et habuit et contentus se recepi[sse et] habuisse a dicto domino ">Angelo procuratore et preposito dicte ecclesie, emptore nomine et pro parte ecclesie memorate, nomine ultimi pretii inter eos conventi in // (c. 59v) carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, unciam unam et tarenos quinque ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius; promittens dittus venditor per se et suos heredes ditto procuratori emptori, pro se et clericis dicte ecclesie presentibus et successive futuris stipulanti, litem, controversiam vel questionem aliquam de dittis terris venditis ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel absentire, sed dittas terras venditas eidem emptori

pro parte ditte ecclesie et clericorum eiusdem ab omni homine, collegio, universitate et persona quacumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evittione teneri et dittam venditionem et omnia et singula supraditta et infrascripta firmum et firma et <ratum et> rata habere, tenere et nunquam contrafacere, opponere vel venire per se et suos heredes aut aliquos quovis nomine, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena unciarum auri quatuor, medietate silicet ditte pene reginali curie vel alteri competenti curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dicto emptori, nomine et pro parte clericorum eiusdem ecclesie seu dicte ecclesie persolvenda, totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contraventum seu trattatum <sic>, me predicto notario tamquam persona puplica pro parte dittarum curiarum et dittus emptor nomine et pro parte clericorum prefate ecclesie et pro se ditto venditore sollempniter stipulantibus penam ipsam. Qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in // (c. 60r) in se continet [in suo robore et efficacia perseveret cum refectione expensarum, dampnorum et interesse litis et extra que fierent propterea]r quoquomodo [.....]

emptoris et clericorum successorum suorum null[.....]; et renunciavit dittus venditor [ecceptioni] doli mali, vis, metus [et in fattum] ditti emptoris et successorum suorum ecceptioni [.....] [.....] non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et [fraudis reique] predicto modo non geste vel aliter hab[ite] quam superius continetur [...] [.....]

legi reissorie qua deceptis [ultra dimidiam iusti pretii subvenitur] et generaliter omnibus aliis auxiliis et [beneficiis omnium iurium et legum] et specialiter iuri dicenti generalem re[nuntiationem non valere et iuri per quod] cavetur quod predicto iuri renuntiari [non potest], quibus [suffragantibus venditio] et confessio et script(i) huius tenor possent in aliquo [mi]nui vel [infringi]. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observan[dis] et quod predicta omnia et singula vera sint, dictus venditor coram nobis [et ditto emptori] presenti et recipienti corporaliter tatta prestitit iuramentum. Propterea [.....] quod si nobis constituti donnus Antonius de Laupensuli archidiaconus [.....] obmissa et Franciscus de Asquis civis civitatis Potentie qui archi[.....] consentiones prius in nos predictos iudicem et notarius cum sciret [ex certa] sua scientia ipsos suos iudicem et notarium in hac parte non [esse.....] iuri dicenti eorum voluntarie prorogando predictam venditionem [.....] [pe]tiarum terrarum et partium ipsarum trium ratificaverunt et [renuntiaverunt....] necnon asseruntt omne ius et attionem quod et quam habere et pretend[.....] super dittis duabus partibus dictarum terrarum venditarum per eundem [.....] // (c. 60v)
[.....]
[.....] regiam [.....] quam [.....] fieri seu alteri competenti curie [.....] forsitan exinde fatta [fu]erit reclamatio seu querela et altera parte [.....] pro se stipulanti ut supra. Ad futuram memoriam et coram nobis iuramenta [.....] habere ratum et firmum et predicti emptoris cautelam et venditoris [.....] heredum et successorum certitudinem et cautelam fattum [est exinde prese]ns

puplicum instrumentum per manus mei preditti notarii
[.....ro]boratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

Quod scripsi [ego Thomasius] [qui su]pra nota[rius
q]ui premissis omnibus rogatus et vocatus [in]terfui
i[psum]que in eo [.....] solito signo
signavi. (SN) [Ego] notarius Mattheus de Sacco qui
supra annalis iudex [E]go Gaspar de Aprutio testis sum
[Ego] Iacobus de Bono Ioanne de Potentia testis sum

Così S per Sacco (da docc. coevi e dal prosiegua)

Così S per petias

Così S qui in docc. coevi Aprutio

Così S per petium

Così S qui, altrove Russo

Così S, in docc. coevi Madio

Così S qui, in docc. coevi e in seguito Ciccarelli

Così S per ad

Così S per consentientes

Così S per iurisdictionem

*Comuzio de Lacupensoli in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

[Ego] Antonellus de Rato testis sum [Ego] Laverius de
Populo testis sum